

Henning Wegner Bartholomaeus Schillerus

Disputatio IX. Ad I. id apud se. 143. & seqq. Tituli XVI lib. L. Pandect. De Verborum Et Rerum Significatione

Regiomonti, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76983213X>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (100.)

1. Mollenber. de duobus testamentis simul validis.
2. Curoc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium. Auct. vng. str.
4. Stanting de curatore ad litem.
5. Stryci de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryci de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfeudis.
8. Bünsow de jure deactionis et emigrationis.
9. Stryci de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de libris aetatis.
11. Bursfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aowelbe. de praerogationibus.
13. Both de anatopis rno.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius. de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinireos.
19. Ranger de concursu actionum.
20. Ranger de eo quod iustum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radov. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Krafft de concursu iudicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de iudicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26²-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1x.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de vi rei iudicatae.
29. Wincoop de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fidei.
31. Banfa de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisset.
33. Schroeter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romanis pontificae per ius canonicum perverse tentata.
34. Streit de actione quae ex mala munieris administratione competit.

35. Gribner de fidejussore mulieris apud Saxonas sine curatore contrahentis.
 36. Beckmann de patria potestate.
 37. M. Graf de jure protutorum.
 38. Klünger de dote.
 39. Werner de jure emphyteutico.
 40. Streit de repudio et divortio.
 41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
 42. J. L. D. Böhm de filio vasalli successore in feudum.
 43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
 43⁶ de Bellmont de academia Erfurtana.
 44. Spoenla de foro ac privilegiis practiciantibus in camera imperiali.
 45. Kestner de jure humaniore Codicis.
 46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
 47. Schroeter de probatione per testes et praesumptiones itemque juramentis
 to judiciali et necessario in processu executivo locum habent.
 48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
 49. Schroeter de principum rescriptis eorumque usu moderno.
 50. Sahn de jure numeri septenarii Bon. Vuff sur subaudius Zaff.
 51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
 52. Scherbaum de pariete communis ejusdemque jure.
 53. Schmid de denunciatione e suggestu.
 54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
 55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
 56. Streit de quatuor quartis.
 57. Napoo de impensis in rem alienam a b. et m. f. possessore factis.
 58. Schott. de uxore desertivae dote sua esse regula quidem, non tamen
 semper privanda.
 59. Bauer formulam, qua pecunia dotatium serviens vidua mortua
 in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.
 60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in cau-
 sa debiti.

DISPUTATIO IX.

*Ad l. id. apud se. 143. Et seqq.
Tituli xvi lib. I. Pandect.*

DE VERBORVM ET
RERVM SIGNIFI-
CATIONE.

Quam

DEI IUVANTE GRATIA

Sub Præsidio

HENNINGI WEGNERI, J.U.D.

& Professoris Primarii

In Academia Regiomontana
publicè tuebitur

BARTHOLOMEUS SCHILLERUS

Regiomont: Borussus.

Ad diem 8. Marti.



REGIOMONTI

Expressa per Johannem Fabricium.

Anno 1619.

VIRIS

*Amplissimis longoq; rerum usu, doctrinâ &
experientiâ præstantissimis*

DN. LAURENTIO OTTO
DN. PHILIPPO DAVVELO
DN. IACOBO NITZSCHE
Reipub. Löbnic: Senatoribus.

Dn. PHILIPPO FRENCKING,
Electori Brandenb: ab Epistolis latinis.

Dn. ADRIANO de WENDT
Scholæ Löbnic: Ludimoderatori solertissimo.

Dn. HEINRICO MEVIO,
præfecto molarum Region: vigilantissimo.

*Promotoribus ac Mæcenatibus
singulariter colendis*

Disputationem hanc juridicam

*dedicat
&
offert*

Bartholomæus Schillerus,
Pruten. Borufs.

Ad l. id apud se 143.

D apud se quis habere videtur, de quo habet
actionem. habetur enim, quod peti potest.
Satis est conjungi huic legi dicta ad l. aliud. 71. & ad l.
meorum 91. sup. h. t. & ad l. qui actionem 15. ff. de Reg. lar.

Ad l. libro 144.

Libro memorialium Massurius scribit, pellicem apud anti-
quos eam habitam, qua cum uxor non esset, cum aliquo tamen vi-
vebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concu-
binam appellari. Granius Flaccus in libro de jure Papiriano scri-
bit, pellicem nunc vulgo vocari, qua cum eo, cui uxor sit, corpus
miscet. quosdam eam, qua uxoris loco sine nuptiis in domo sit,
quam *παρθενή* Græci vocant.

† Pellicis significationem veterem & recentem proponit, 1.
Veterem ex Massurii Sabini libro memorabilem, † Massurius 2.
Sabinus in jure interpretando nulli secundus, ex Atheni lib. 14. Cuius
jac. hic successor Capitonis, & Nervæ æmulus Forster. sen. 2. hist. Jur.
Rom. 2. scripsit libros memorabilem duodecim. Sell. 4. nott. att.
ult. quibus continebantur varieg antiquitatum commemorations,
plenissimæ eruditionis Cuius. hic In his libris etiam pellicis signifi-
cationem proposuit, qualis fuerit apud antiquos, eamque explicavit
definitione primum, deinde duplici nomine, amicæ & concubinæ.
† Pellicem aut apud antiquos eam habitam, que cum uxor non es- 3.
set, cum aliquo tamen vivebat. † Vivere hic intelligendum de vi- 4.
tæ consuetudine, & conversatione inter utrumque, sexum peculiarit
propria. † Hac consuetudo est etiam in nuptiis §. nuptiæ. i. inst. de 5.
patr. potest. Sed consuetudinem matrimonialem hic excludit, dum
eam vult pellicem dictam, que uxor non sit. Extra matrimonium
autem, non distinguit, an cum conjugato, an cum soluto seu cœli-
be corpus miscet, sed generaliter dicit de aliquo, seu de cuius-
cunque conditionis homine. Ut ita ex ipsa definitione constet, o-

- lim omnem, extra nuptias corpus alteri miscentem, pellicem di-
6. Nam fuisse. † Altera pellicis explicatio fit per Synonima amicę & concubinę. Amicę nomen dicit verum, concubinę honestius.
 7. † Amicę & amici nomina proprietate sua sunt generalia, pertinentia ad omnes, inter quos quasve amicitia colitur, ut proinde secundum species amicitię, multiplices etiam sint amici: *Picalom: gradu. 7. virt. mor. 1. & seqq.* † Quatenus autem amica nominatur ratione sexus, & amoris, quo alterum ut marem fœmina, prosequitur, aut ab eodem, quia fœmina fit, amatur; denotat mulierem quamcunque, quę amatori sui copiam facit: Ergo & honestę amantem seu sponsam seu conjugem: *Gœdd. hic n. 3.* † Atqui in his, quod non tantum amor fit, sed etiam legitimus amor, & ex hoc amore speciali, etiam nomen speciale & legitimum, sponsę & uxoris; Amicę nomen generale relictum est aliis quibuscunque, sine lege amatis & amantibus, quibuscunque etiam scortillis, etiam ignobilibus. *Alciat: hic n. 7.* † Hoc nomen amicę, pellicis verum est seu naturale *Cujac. hic.* quia verè in se nihil aliud exprimit, quàm amorem tantum naturalem, sine adfistentia legis; nulla ratione exprimit amorem legitimum. † Concubinę nomen dicit esse honestius, non tantum respectu pellicis *ut existimat glos. ad h. l. Gœdd. i. bid. n. 4.* sed etiam respectu amicę *Alciat: hic n. 4.* † Per se quidem Concubinę nomen æquè generale, cum manifestè sit à concumbendo, quod etiam in omni prohibita conjunctione esse potest;
 13. † Sed leges verbi usum fecerunt specialem, trahentes ad eam mulierem, quę à cœlibe uxoris loco habetur *L. uni. C. de Concubin: & concubinatum ad consuetudinem, quę permissivè à lege est, qui exinde dicitur per leges nomen assumisse, quod extra legis pœnam est. l. in concubinatu. 3. in fin. de Concubin.* Igitur & Concubinę nomen, licet non simpliciter ut uxoris *Litem 49. S. parvi. 4. de leg. 3. l. probrum 41. S. 1. de ritu nuptiarum.* tamen potest modo quodam legitimum & honestum dici; & honestius est, quàm amicę, quod sic per leges nomen non assumit: etiam cum honestius est cum ad quamcunque amicam vel pellicem rei mitigandę causa trahitur, licet res ipsa, quę sub honestiori hoc nomine præsidium querit, non idèd magis honesta reddatur *argum: l. quos nos hostes. 234. infr.*
 14. † Recentem pellicis significationem declarat ex *C. Flacco ut habent*

habent libri vulgati seu Grano Flacco ut in l. Granius. de fideiuss. Cujas.
hic aut Gneo Flavio juris Papiriani compilatore l. 2. §. postea cum Ap-
pius. de O. I. Gædd. hic. n. 2. quamquam hic non ipsum jus Papirianum,
sed liber Flacci de jure Papiriano, citetur. † Jus Papirianum Ro- 15.
muli, & reliquorum Regum leges sunt Cujas: hic inter quos erat Nu-
mæ lex: Pellex aram Junonis ne tangito: si tanget, Junoni cri-
nibus dimissis agnam fœminam cædito. Gelli. 4. nott. att. 3. Balduin. ad
leges Romuli. c. 15. Ea occasione Flaccus tractasse potuit de appella-
tione Pellicis moderna: duplicem vero admittit, vulgatam, & quo-
rundam peculiarem † Vulgò pellicem vocari ait, quæ cum eo, cui 16.
uxor sit, corpus misceat. Hæc significatio arctior est, & ad illas
tantum mulieres pertinet, quæ extra matrimonii causam cum ma-
rito alterius corpus misceat. Videri etiam potest Numa in lege
jam citata, sic pellicis nomine usus Balduin. d. loc. † Peculiaris si- 17.
gnificatio & ipsa quoque specialis quidem, sed ad aliam speciem
pertinens, nempe ad Concubinam in specie & propriè in legibus
ita dictam, dum ait pellicem dici quibusdam, quæ in domo sit;
quæ meretrices & scorta extra domum removentur: & quæ uxo-
ris loco sit, quo removentur scorta etiam in domo: & quæ sine
nuptiis sit, quo legitime uxores removentur, ne pellicis & uxoris
nomen confundatur. † De hac appellatione Numa legem suam 18.
non intellexit, ne aliter pœnam concubinatus habuerit, qui in d.
l. 3. dicitur sine pœna fuisse. † Sed alios tamen autores pellicis 19.
nomine in hac significatione usos, ut tantundem sit, quantum
græcè *παλλακή* ex h. l. n. Martiali, Plinio, Curtio, Tranquillo, malè à
Valla 6. eleg. 48. corruptis docet. Alciat: in notis ad eund. & in h. l. n. 2.

Ad l. virilis 145.

*Virilis Appellatione interdum etiam totam hereditatem
contineri, dicendum est.*

Virilis hic confertur cum toto, estq; portio alicui inter plures
assignata æqualiter; & viriles portiones, æquales portiones l. viris
lis 8. de legat. præstan. Gædd. hic. n. 1. Sed ex mente proferentis virilis
appellatione continetur & totum, quando se non est, qui partem
faciat l. 2. C. de hered. instit. quemadmodum & minus esse dicitur, ubi
nihil

nihil est. l. minus 32. §. h. t. & de universis reliqui. l. potest. 95. §. h. t. ubi dictum.

Ad l. soceri 146.

Soceri, socrus appellatione avum quoque & aviam uxoris vel mariti contineri respondetur.

Ad l. Qui in continentibus. 147.

Qui in continentibus urbis nati sunt, Roma nati intelligantur.

Lex 146. ex dictis ad l. Nurus 50. clara est, ut & lex 147. ex dictis ad l. 2.

Ad l. Non est sine liberis 148.

Non est sine liberis, cui vel unus filius unavè filia est. Haec enim enunciatio, habet liberos, non habet liberos, semper pluralivo numero profertur; sicut & pugillares, & Codicilli.

Ad l. Nam quem. 149.

Nam quem sine liberis esse, dicere non possumus, hunc necesse est dicamus liberos habere.

Lex Julia & Papia Orbos, seu qui essent sine liberis, non eodem favore cum illis, qui liberos habebant, prosequatur. Inde de illo quaesitum, cui esset tantum filius unus. Equè si testator Titium, si decesserit sine liberis, jubeat hereditatem restituere Caio, & Titius unum filium filiamve reliquerit, oritur quaestio, an hereditas fideicommissario restituenda sit. Et Paulus definit, etiam unum filium filiamve sufficere † Etsi enim liberorum mentio fiat in pluralivo, qui ad minimum requirit duos l. ubi numerus 12. de testib. tamen hic pluralivus est etiam pro singulari, cum alium singularem in hac significatioe non habeat, & semper plurali numero proferatur, quemadmodum & pugillares & codicilli.

1. h. l. n. G. l. 2. nott: att. 13. † Nec contra facit l. si quis in suo 33. C. de inoff. test. l. generali 13. C. de SS. Eccles. l. antepen. C. de secundis nupt: pr. Inst. de servil. cognat. Sunt enim Imperatorum Constantinopolitanorum.

tum leges. quorum auctoritas, quantum ad rem latinam attinet, non multum poller. *Alciat. hic n. 2.* ita dubium quoque est si in *l. ius agnationis 34. de pact.* nomen liberi non irrepleat librariorum vitio, cum in Florentino non reperiatur. *Gædd. hic n. 3.* † Sed etsi unum aut alterum exemplum dari possit, tamen una hirundo non facit ver. *l. nam ad ea. 5. & seq. de legib.* & verum manet non ideo minus, regulariter ista in plurali efferri, & singularem quoque denotare. † Deinde in *l. seq. alio* argumento id Paulus probat à contrario se. Qui sine liberis non est, liberos habet. Unum filium habens non est sine liberis. Ergo liberos habet. In aliis singularem habentibus non procederet, & minor falsa foret, veluti: Qui unum tutorem habet, non est sine tutoribus. Nam qui unum habet, dicitur tutorem, non tutores habere; & dici potest, quod sit sine tutoribus, quamvis non sine tutore. Igitur argumentum hoc est tantum declaratio precedentis.

Ad l. Si ita 150.

Si ita à te stipulatus fuero, Quanto minus à Titio consecutus fuero, tantum dare spondes? non solet dubitari, quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerat.

Hæc lex manifesta est ex dictis ad *l. minus 32. s. h. tit.*

Ad l. Delata. 151.

Delata hereditas intelligitur, quàm quis possit adeundo consequi.

Cum quæritur quodnam tempus spectetur, ut heres hereditatem, legatarius legatum capere possit, necessum est constare, quando hereditas intelligatur delata, postquam tempore delatæ hereditatis de utriusque capacitate quæritur *l. non oportet 52. de legat. 2. l. uni. princ. C. de Caduc. tollend.* Similiter hereditatis non delatæ repudiatio nihil operatur *l. is qui 13. de acqu. hered. Alciat. hic n. 6.* † Delatam ergo hereditatem Ictus hic definit eam, quam quis possit adeundo consequi. Intellige non propter personæ qualitatem, sed natura ipsius hereditatis. Etsi n. is cui defertur, eam capere nequeat, tamen dici potest hereditas delata; aliudq; est hereditatē esse delatam,

eam, & aliud heredem esse delatę hereditatis incapacem, aut talem
eam ut adire non possit, vel repudiare: *Coedd. hic n. 3.* † Delata hære-
ditas est, quę à se ipsa, non patitur moram, quominus adeatur & ac-
quiratur: quę acquisitioni præsentis est parata: cui nec vita testato-
ris, nec conditio, nec alius propior impedimento est, ut statim ab
hoc ipso, de quo quærimus, adiri aut repudiari possit: *d. l. 15. qui he-
res 13. de acquir. heredi.* † Quanquam verum sit, hereditate licet de-
lata ab ipsa persona quandoq; obstacula esse, quominus recte acqui-
ratur, aut repudietur, etsi alias sit capax. *l. h. qui punit 15. & seqq. de
acq. here.*

Ad l. Hominis. 152.

*Hominis appellatione tam fœminam quàm masculum conti-
neri non dubitatur.*

1. † De genere hominis grammatico, num commune sit, an mascu-
linum litigent grammatici, Nam etsi masculinum tantum esset,
posset tamen esse utrique sexui commune, ut nomen Adami apud
Hebræos. *Gen. 5. v. 2.* Cum una caro sint *Gen. 2. vers. 24.* & sexus fœ-
mineus sit sumptus de virili, os ex ossibus, & caro de carne; nec
differentia nisi in forma extrinseca, & quòd principiata remotiora
à principio primo, semper debiliora *d. c. 2. v. 21. & seqq. ad Ephes. 5.
vers. 23. & seqq. 1. ad Corinth. 11. vers. 3. & seqq. vide Crollium in basili: chy-
mica præfat: c. 1. VVeigelium im Guldnen Grieff/ c. 7.* † Si igitur dic-
ta de masculino hac ratione regulariter porriguntur ad sexum fœ-
mininum, ut dictum *supr. ad l. 1.* multo magis de homine dicta perti-
nebunt etiam ad fœminas, quę & ipsę propriè homines sunt, ut tum
extensione ulla non egeamus. *Alciat. hic n. 4. Coedd. ad. d. l. 1. n. 31. &
seqq. Treuth. part. 1. disput. 2. th. 1. lit. e. in fine.*
- 2.

Ad l. Intelligendus. 153.

*Intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in utero reli-
ctus est.*

1. † Qui in utero est, licet sit in rerum natura, nondum tamen ho-
mo est *l. in Falcidia. 9. in fin. ad l. Falcid.* intelligitur tamen mortis tem-
pore homo fuisse *h. l. n. l. qui in utero 26. de statu hominum.* Quod dupli-
ci consideratione dignum. † Prior est, cum quæritur de ipso post-
humo, eiusq; commodo, ibi posthumus habetur pro nato toties,
quoties,

quoties eum ita haberi est necessarium. ¶ Dum enim adhuc in u-
tero existit, nondum natus est, sed si pro nato est habendus, id fie-
ri oportet iuris fictione, quæ sine necessaria causa locum nullum
invenit. *argt: l. si in 39. de Oper: liber: Coraß. 3. de juris arte. 2. Höttm il-
lust: quest: 38.* ¶ In primis vero id fieri est necessarium in legitimis
hereditatibus *d. l. 26. de stat: hom: id est, quæ ab intestato deferuntur,*
l. 3. pro soc. ne sc: posthumus, qui tempore mortis adhuc in utero est,
*per agnatum proximum excludatur. cum lex vocet proximum tem-
pore mortis §. proximus. 6. de legiti: agnat: success.* ¶ In testamentaria
successione ista fictione uti nec possumus, nec eadem egemus, ¶ Uti
illa non possumus, quia tantum locum habet, ubi de ipsorum com-
modo agitur. *d. l. 1. de statu homin: at in testamentaria successione po-
test etiam esse incommodum exheredationis. §. posthum. i. Inst. de ex-
her: liber: & institutus, etiam suus heres futurus, raro commodi
quid ex ipsa institutione consequitur, quod non etiam ab intestato
ad eundem pervenire potuisset.* ¶ Utique si in testamentaria suc-
cessione posthumus esset pro nato, etiam præteritus testamento
redderet ab initio nullum, ut faciunt liberi jam natæ *princ. Inst. de
exhered. liber.* at huiusmodi testamentum ab initio valet, & postea
demum agnatione posthumi rumpitur *d. §. posthum. i. Inst. cod.* ¶ Non
egemus etiam ista fictione hic, quia non tantum natus institui po-
test, sed etiam nasciturus *§. posthumus. 28. Inst. de legat. ac si institutus
esset in conditionem natiuitatis §. heres. 9. Inst. de hered. Inst.* Igitur
fatis est posthumum hic pro nascituro haberi, ad quod fictionem
non quarimus, cum præsto sit ipsa natura, natiuitatem instantem
per se in rei veritate expeditura, ¶ Similiter eadem ratione, quod
pater posthumis tutores rectè det, est absque fictione, cum etiam
possit nascituris, imò & aliis quoque ex certo tempore *§ ad certum
tempus. 3. Inst. qui testator.* ¶ Utrumq; tamen & quod pro jam na-
tis habentur, & quod illis quædam ut nascituris competant, tum
demum obtinet, si & reuera nati fuerint. ¶ Possunt enim, non
nasci, aut nati hominis nomen non mereri: quo casu pro nullis sunt
l. quod certum. 3. C. de posthum: heredi: insti: ¶ Quatenus autem aliis
qui in utero est, posthumus pro sit, distingvendum est, an lex præ-
cise de natis loquatur, an etiam de nascituris. ¶ Priori casu post-
humus aliis non prodest, nec unquam pro nato habetur *d. l. quod*

B

dicimus

dicimus 231. s. h. t. l. 2. §. qui autem in ventre 6. de excusat: Cujaci: ibi. d. l. 9.
14. ad l. Falcid: † Posteriori prodest & posthumus: cum non tantum nati,
sed & nascituri proſint, non tantum quatenus & ipsi commodum habent expectare,
sed generaliter l. si quis pręgnantem. 187. de R. l. l. u. cui t. 18. quando dies lega. ced. inf. l. sed et si ad tempus. 20. ad S. Ctum
15. Tribellia. l. pręgnans. 3. de pœnis † An vero lex aut testator præcise
de natis aut nascituris loqui videatur, est quæstio voluntatis, qua
non tantum ex verbis, sed ex ratione etiam legis aut dicentis elicienda.
videatur Alciat: ad d. l. 231. Speckhan. cent. 1. quæst. 74. Anon: Fab:
in luris pr. Papin. scientia. tit. de Ingen. pr. 3. per totum.

Ad l. mille. 154.

Mille passus non à milliario urbis, sed à continentibus adificiis numerandi sunt.

Ad l. proximi 155.

Proximi appellatione etiam ille continetur, qui solus est.

Prior in l. 3. posterior in l. proximus. 92. s. h. t. jam explicatę.

Ad l. Maiore 156.

Majore parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit: si modo adversarius eius aut paucioribus diebus, aut nullus possederit.

1. † Cum annus dies habeat 365, major anni pars simpliciter considerata erit ad minimum 183. dierum. † Hic autem admonemur majorem anni partem considerari etiam posse certo respectu & secundum quid † Veluti olim in interdicto utrubi is obtinebat, qui majore anni parte possedisset, ibi major pars non tam dicebatur respectu anni & eius partis minoris, quam ratione adversarii, qui eodem anno non tamdiu possederat. Comparatio est non temporis
- 2.
- 3.
- 4.
5. ad tempus, sed personę ad personam quantum ad tempus † Hodie etiam in hoc interdicto is defenditur, qui litis contestatę tempore possidere reperitur. Lunic. Verubi §. retinende. 4. in fin. Inst. de interd.

Ad l. Paries. 157.

Paries est, sive murus, sive maceria est, Item via est, sive semita, sive iter est.

1. † Ex Aelio Gallo ostenditur, parietis & via largam esse significationem. Paries inquit est, sive murus sive maceria est. † Murus sive

sive privatus sive publicus *h.l.n.l.ult: C.de edifi.priua: à muniendo*
dictus *Coedd.hic n.3.* est paries constans ex calce & arenato: † *Ma- 2.*
ceria paries sine calce aliave compactione. *Alciat.hic* ex lapidibus
temerè congestis, *Gracè τρύχον* dictus *Cujac: hic vide etiam Gotbosi:*
ad h.l.n.lit.p. † *Viam alii aliter accipiunt, ut est apud Alciat. hic. n.7. 3.*
Ex mente legum distingvendum videtur inter viam generaliter &
specialiter acceptam. † *Generaliter aut publica est aut privata. 4.*
Publica aut verè quæ dicitur via consularis; aut quasi, quæ vel vi-
cinalis quæ in vicos ducit, vel agraria, quæ de via consulari ducit ad
agros. *Coedd. hic. n.7.* † *Privata via habetur jure domini, dum domi- 5.*
nus in suo sibi viam constituit; aut jure servitutis, quo fundus a-
lienus, alieni fundo hanc servitutem debet. Et hæc servitus gene-
raliter via est, quæ vel integra, aut non integra † *Integra propter 6.*
excellentiã via in specie dicitur, estq; jus agendi & eundi & am-
bulandi, ut nominatim & iter & deinde etiam actum, unumquod-
que per se complectatur. † *Non integra est, cui unum deest, vel 7.*
eundi jus per se, quæ in specie dicitur actus, quem puto hic intelli-
gi per semitam, ut semita sit quasi semis via: vel jus eundi, quod dicitur
iter, *prim: Inst. de servit. predio.* † *Sub ista distinctione via & genus 8.*
actus seu semite, & itineris est: Et alio respectu etiam species con-
tra distincta, videatur etiam *Cujac. 22. Ob. 35. Duar: ad l. 1. de ser. R. P.*

Ad l. in usu juris. 158.

*An usu juris frequenter uti nos Cascellius ait singulari appel-
latione, cum plura generis eiusdem significare vellemus; Nam mul-
tum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse dicimus: Item
in stipulando satis habemus de herede cavere; si ea res secundum
me, heredem meum indicata erit: & rursus quod ob eam rem te
heredemvè tuum: Nempe æque si plures heredes sint, continentur
stipulatione.*

† *Verba generalia etiam in singulari numero prolata, ideo plura 1.*
liter de pluribus eiusdem generis intelligi possunt, quod natura ge-
neris sit, esse commune pluribus speciebus. Igitur etsi hominem in
singulari dixerò, eo tamen nomine omnia individua specificè, seu ut
loquuntur nostri, genericè continentur nisi quadã adjectione ad quan-
dam particularitatè restringatur. Veluti si dixerò multum hom: venisse

B 2

Romam

- Romam, non intelligo omnes homines, sed hominum quandam multitudinem, propter adjectum verbum multitudinis, quod est particulare. Ita si dixerero Piscem Romæ esse vilem, appellatione piscis omnes piscium species generalitate verbi continentur; sed
2. per adjectionem loci ad particularitatem sermo restringitur. † Et quod propius facit ad jus, si dixerim de herede meo, non quoscunque heredes exprimo, sed meos, & easdem tamen omnes, quos generale heredis nomen complectitur; maxime cum omnes pro uno sint, quem conjunctim representant *Gædd: hic n. 3.* Hanc definitionem Cujac: hic rectè accommodat *ad l. i. §. ult: unde ri. l. si ita relictum. 43. de leg: 2. l. si quis ita 26. de testa: tut. l. i. §. 1. de agn: lib. l. i. §. 1. quod fals: tut. aut. §. si plures 7. inst. de legit: agn: success: †* Differentia verò, orationis universalis, particularis, singularis, & indefinitæ, de quæ *Alciat: hic*, et si vera sit, tamen eam J Ctus hic non intuetur, qui non de indefinita aut singulari oratione, sed singulari appellatione, qua tamen plura eiusdem generis significantur, tractat. *h. l. n.*
 - 3.

Ad l. Etiam aureos. 159.

Etiam aureos nummos as dicimus.

1. † Mancipatio quæ per æs & libram dicebatur fieri §. 2. *Instit. de test. ordi.* etiam aureo nummo rectè expediri poterat † Is enim exinde æris appellatione continetur, quod ærea pecunia in usu fuerit prima, cuius nomen argentea & aurea subrogata retinuit *Alciat: & Gædd: hic vide etiam Cujac: 7. Ob. 33. & 19. Ob. 31. Hott: lib. 4. antiq. Rom: de numaria pop. Rom: Moller: 1. sem: 37. Boccr: de donat. c. 3. n. 18.*
- 2.

Ad l. Cæterorum. 160.

Cæterorum & Reliquorum appellatione, etiam omnes continentur ut Marcellus dixit circa eum, cui optio servi legata est cæteri Sempronio. Nam temptat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

Ad l. in vulgari. 162.

In vulgari substitutione, qua ei, qui supremus morietur, heres substituitur, rectè substitutus etiam unico intelligitur; Exemplo duodecim tabularum, ex quibus proximus agnatus & solus habetur.

Ad

Ad l. 163.

Ille verba optimus, maximusq; vel in eum cadere possunt, qui solus est. Sic & circa edictum Pratoris, suprema tabula habentur & sola. §. 1. Pueri appellatione etiam puella significatur. nam & feminas puerperas appellant recentes ex partu. & Gracè πρῶτον communiter appellatur.

Explicatio l. 160. 162. in pr. l. 163. in pr. petenda ex dictis ad l. 92. & 95. §. h. t. Explicatio aurem §. 1. d. l. 163. ex dictis ad l. 1.

Ad l. Non est pupillus. 161.

Non est pupillus qui in utero est.

† Pupillum Pomponius in l. 239. pr. definit, qui cum impubes sit, 1.
desierit in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione.
† Primum desiderat, ut sit impubes. Impuberes masculi intra deci- 2.
mum quartum, foemine intra duodecimum annum intelliguntur:
pr. Inst. quib. mod. tut. fin. † Verbi etymo omnis impubes, posset di- 3.
ci pupillus, cum dicatur à Pupo, quæ dictio puerum significat. Alc:
ad d. l. 239. n. 1. & ita vulgari modo pupilli nomen latius acceptum
in l. fin. §. pupilla. de V. O. l. quam Tuberonis 7. §. pupillum. 3. de pecul. l. si in-
fanti. 18. C. de jur. delib. Gædd. hic. n. 2. † Sed usu juridico nomen pu- 4.
pilli restrictum ab ætate ad certam conditionem, ad qualitatem
personæ juridicam. † Inde secundum in definitione pupilli est, ut 5.
fuerit in patris potestate, ut fuerit filiusfam: ex iustis nuptiis aut
adoptione quæsitus. §. fin. Inst. de patri: potest: alii nec patrem habere
intelliguntur, nec filiifam: sunt, consequenter nec pupilli proprie
§. si adversus. 12. Inst. de nupti. † Tertium est ut in patria potestate esse 6.
desierit. Etenim quamdiu in patria potestate sunt, non pupilli sunt
dicendi, sed filiifam: † Filiusfam: est in patris potestate, non sui, 7.
sed alieni juris. Pupillus est sub tutela, & tamen non alieni, sed sui
juris pr. Inst. de his qui sui. j. pr. Inst. de tutel. † Quartum est quod 8.
addit de modis, quibus ex patria potestate debet exiisse, morte se:
& emancipatione. Quid ergo dicendum de aliis, enumeratis in
tit. Inst. quib. mod. patri. pot. solvi. Sed notandum alios modos pupil-
lo non quadrare, si mortem exaudias de civili etiam: † Nam si 9.
impubes ab alio adoptetur, non fit pupillus, sed in patris adoptivi
potesta-

potestatem transit. Dignitas etiam de qua in §. filiisem: Inst. quibus med.
patr. pote. vix in impuberem cadit, & solvit tantum patriam pote-
statem secundum quid Dd. ad d. §. filiisem. Captivitas pertinet ad
mortem civilem. alii autem regulariter non suat tot. tit. Inst. quibz
10. mod. patr. pote. solvi. † Ex hac definitione sequitur, eum qui in ute-
ro est, non esse pupillum h. l. n. quippe nec impubes est, qui nondum
11. homo aut animal est, l. 9. ad l. Falci. l. 1. §. 8. unde cogn. † Aetatis com-
putatio initium sumit à nativitate, & hic nondum natus est, con-
sequenter nec in patria potestate potest videri fuisse, aut ab eadem
morte vel emancipatione exiisse, cum Habitum privatio praesuppo-
nat, & accidentia idoneum subjectum: Quatenus autem fictione
quadam interdum pro nato habeatur, dictum ad l. intell. gen: 153. s. h. t.

Ad l. 162. §. si quis ita. 1.

*Si quis ita in testamento scripserit, Si quid filio meo accide-
rit, Damas servus meus liber esto; mortuo filio Damas liber erit.
Licet enim accidant & vivis; sed vulgi sermone etiam mors si-
gnificatur.*

† Servo testator libertatem dedit, si quid filio suo accidisset,
1. Vivis quotidie accidunt multa, seu bona, seu mala, Morientibus
2. nil, nisi mors rerum ultima linea. † Sin conditionem intelligimus,
de quocunque accidenti, frustra adjecit, cum viventi non possit
quocunque die quid non accidere. Igitur ne frustra adjecta videat-
ur, intelligitur de accidenti summo & ultimo: tanto magis, quod
vulgus testatorum utatur sermone vulgi, qui hoc loquendi genere
utitur pro ultimo fato, quod & docti non averfuntur. pr. Inst. de do-
na. l. uxorem. 41. §. sejum. 12. de leg. 3. l. publice. 26. de poss. l. quidam 25. ad
Trebell.

Ad l. Nomen filiarum 164.

*Nomen filiarum, & in posthumam cadere, questionis non
est; quamvis posthuma non cadere in eam, qua jam in rebus hu-
manis sit, certum sit.*

1. † Filię filive nomen, in primo gradu descendentes denotat l.
§. 3. de gradu dictum ad l. nurus 50. s. h. t. ad illos ipsos tamen est ge-
nerale, tam nascituros, quam natos l. si quis 5. de testat. † Posthu-
morum

morum verò & posthumarum specialius. illorum quidem propriè
& simpliciter, qui posthumarum patrem nascuntur. l. 3. de rupt. irrit.
test. i. si quis 16. de testam. tut. nam & inde posthumus dictus, & cum 3.
aspiratione scribendus. Gœdd. hic. n. 6. † Modo autem quodam &
respectu certo posthumus dicitur, qui vivo patre, post testamentum
tamen conditum, natus est. d. l. 3. §. 1. vers. sed et si l. posthumus 12. de in-
just. rupt. test. §. posthumorum. 2. Inst. de exher. liber. nempe, qualiter ex
regula Catoniana tempus mortis, jungendum est tempori conditi
testamenti, taliter post testamentum natus, sic videri potest quo-
dammodo & post mortem & post humationem patris natus esse,
quantum attinet ipsum testamentum, quod eadem ratione huius,
æque ac propriè dicti posthumi nativitate irritum redditur l. 1. de
Reg. Catonia. † Testamenti conditi & mortis tempus pro uno est, 4.
ut quantum ad valorem testamenti, natus post conditum testa-
mentum etiam post humatum patrem natus videri debeat. Ali-
ter hic posthumus simpliciter à post, ut extrinsecus ab extra, in-
trinsecus ab intus derivandus, & absque aspiratione scribendus foret
cum Cuiac. 3. Ob. 4. At ita posthumus ad alia etiam quam ad natum
post testamentum perfectum, potest referri, omneque ultimum di-
cetur, recte posthumum seu postremum. quod ad genus loquendi
juridicum non quadrat, quo & post testamentum natus ne quidem
propriè posthumus d. l. si quis 26. de testa. tut. videatur etiam Alberi:
Gem. lect. Virgil var. 14. in f.

Ad §. Partitionis. 1.

*Partitionis nomen, non semper dimidium significat: sed pro-
ut est adjectum. Potest enim juberi aliquis, & maximam parti-
ri: posse & vicesimam, & tertiam, & prout libuerit, Sed si non
fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.*

† Quandoque heres hereditatem, aut legatum legatarius par-
tiri juberetur, & quidem si pars adjecta sit, illa debebitur, Sin adje-
cta non sit, Cuius vult deberi dimidiam h. l. n. l. etiam 43. de Vfus. l. le-
gatum 19. §. fin. de legat. 1. Ratio utriusque definitionis hæc est, quod 2.
in omni divisione seu partitione servanda æqualitas, quæ spe-
cifacè à testatore, tanquam rei suæ domino, constituta, alibi
non

3. non est quaerenda. † Ubi partes expressæ sunt, partium æqualitas à testatoris voluntate expressa satis defenditur, cui iniquitas & inæ-
4. qualitas obijci nequit, cum nihil potuisset relinquere. † Ubi verò specifica definitio non reperitur, recurrimus ad generalem, quam sumimus à re ipsa, utriq; à testatore pro parte legata, quæ sui naturâ tum æqualiter dividitur, cum uni tantundem quantum alteri de illa attribuitur. † Uterq; in relicto habet voluntatem testatoris, ut rem habeat, seu potius rei partem, nec potest alter quid amplius altero adferre, ex quo major sibi pars à testatore assignata
6. videatur. † Quod si de re non dividenda, sed iam divisa agatur, veluti cum lex jubet totum aut partem recipi, aut cum Emphyteuta particulare damnus sustinet, aut socio partem in re vendita habenti jus luendi datur, ob prædictam æqualitatis rationem cessantem, portionis verbum intelligi potest etiam de parte minima. Alciat. hic.

Ad § Habere. 2.

Habere sicut pervenire cum effectu accipiendum est.

Ad l. venisse. 165.

Venisse ad heredem nihil intelligitur, nisi deducto ere alieno.

Hi textus declarationem capiunt ex notatis ad l. aliud. 77. & l. Princeps 21. f. h. t.

Ad l. Urbana 166.

Urbana familia & rustica, non loco, sed genere distinguitur. Potest enim aliquis dispensator non esse servorum urbanorum numero: veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispenseret, ibiq; habitet, non multum abest à villico. Insularius autem urbanorum numero est. Videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quemq; habuerit, quod ex numero familiae, & vicariis apparebit.

2. † Legatis servis urbanis aut rusticis, quæri solet, qui legato comprehendantur. Et quidem si legatur familia, que in urbe est, locus exprimitur, & qui ruri sunt, non videbuntur legati arg. l. nam quod

2. 4. §. ult. de pen. lega. l. quemadmodum 12. de supel. legat. Cujac. hic. † Sin
vero

vero legetur familia urbana, Jcti non volunt locum spectari, sed
servorum genus, quod non tam ex loco, quam ex fine & usu affi-
matur *h. l. n. d. text.* eadem ratione, qua & urbana & rustica pradia
non loco sed usu distinguuntur, ut dicitur *ad l. ager 27 s. h. t.* † Unde 3.
vero & quomodo usus diversitas investiganda sit, Jctus hic exem-
plis & definitione declarat † Exempla habet dispensatoris & insu- 4.
larii: Dispensator dicitur à dispensando & procurando, seu à pe-
cunia expendenda, *Alciat. hic. n. 3. Cæd. n. 4.* est œconomus, qui do-
mus impendia curat, & victui præest. Regulariter is urbanus est,
& curat rationes urbanas. Etenim qui ruri præest, atque rusticas
operas curat, appellatur villicus. † Potest tamen aliquis dispensa- 5.
tor dispensare rationes rusticas, qui non multum à villico absit,
conveniunt in eo quod uterque servus sit, & quod uterq; servus
rusticus; sed in eo tamen differunt, quod villicus præter rationes
etiam habet ipsam agriculturam & operas rusticas curare, & pro-
inde Dispensatore inferior, prout hodie differentia est, inter illum
quem dicimus *einem Hoffmann* & qui appellatur, *der Schreiber*/
Bornsdreiber/*Verwalder*/*Zuffseher* † Verùm ad propositum hæc 6.
differentia nil operatur, cum uterq; sit de familia rustica † Nec 7.
refert ubi is dispensator habitet, cum locus non spectetur, nec ex
loco, sed ex usu differentia sumi debeat. *Cujac. hic.* † Insularius est 8.
custos insule: Insula dicitur ædificium non contiguum, sed area
vel publica vel privata circumdatum. *Alciat. hic. n. 5.* Custodia hæc
est officii urbani regulariter, ergo & insularius urbanus regulariter
l. si ita legatus §. 1. de usu et habit. † Addit Jctus definitionem ge- 9.
neralem, videndum scilicet: semper esse, ipse dominus quorum loco
quemq; habuerit. Meritò. Nam servi in statu suo unius generis
sunt *§. in. Inst. de jur. pers.* † Distributio verò officiorum ex Domini 10.
voluntate pender, qui & servum, quem vellet, olim trucidare po-
terat, quidni posset eodem uti, prout vellet? *§. in potestate. i. Inst. de*
his qui sui. † Quæ autem fuerit domini voluntas & destinatio, non 11.
est juris sed facti questio, cuius tamen definitionem Jctus ex ipso
facto, & circumstantiis docet eliciendam, ex numero familiae vide-
licet, ex vicariis seu cibariis *l. servus urbanis 99. de legat. 3.* † Nume- 12.
rus familiae denotat libellos & rationes familiae, in quibus patres-
fam: diuinis capitibus res domesticas annotare, consueverunt.

C

Viden-

Videndum igitur est in libellis, an servus, de quo quaestio, inter ur-
23. banos, an rusticos numeratus & scriptus reperiat. † Ex cibariis
etiam diversitas apparere potest, cum rusticis diarium, demensum,
24. victus, alimonia vilior dari soleat, urbanis lautior. Cujac: hic. † Aut
si malis legere vicariis, exaudi Jctum de servo ordinario, de servo
dispensatore, qui an rusticus an urbanus sit, ex vicariis potest ap-
parere., ut rusticus sit, si habeat omnes vicarios rusticos, & contra.
25. † Ordinarius est cui peculium est concessum, qui quasi quidam
peculii dominus est, ex domini conniventia l. si servus. 17. de pecul.
26. † Vicarii ipsi sunt in peculio, ordinario subsunt, sunt servi pecu-
liares. Alciat. & Cujac: hic.

Ad §. pernoctare. I.

*Pernoctare extra urbem intelligendus est, qui nulla parte no-
ctis in urbe est. Per enim totam noctem significat.*

8. † Promisi tibi centum, si pernoctaveris custodiz causa in ædibus.
Dubitas an satis sit: prima, media, aut postrema noctis parte ad-
fuisse. Jctus hic dubitationem tollit, & id verbum de tota no-
9. cte explicat. † Sumpto argumento à vi verbi Per, quod integrum
quid & perfectum significet, id aliis exemplis illustram. Alciat: & Godd.
hic. quibus addatur verbum perdonare, quod Cujac: hic ex Quintiliano
latinum esse, & plenam errati veniam significare notanter observat.

Ad l. Carbonum. 167.

*Carbonum appellatione materiam non contineri: sed an li-
gnorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum. Non enim lignorum
gratia habuit. Sed & vitiones & alia ligna cocta, ut fumum fa-
siant, utrum ligno an carboni, an suo generi adnumerabimus? &
magis est ut proprium genus habeatur. Sulphurata quoque de ligno,
aque eandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata, non
erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hac fuit voluntas.
Idem & de nucleis olivarum, sed & de balanis est, vel si qui alii
nuclei. De pinu a. integri strobili, ligni appellatione continebuntur.*

Ad l. Pali & Perticæ. 168.

*Pali & Perticæ in numerum materia redigendi sunt, & ideo
lignorum appellatione non continentur.*

Sum.

¶ Summa est hæc lex & sequens ex l. ligni 57. et seq. de leg. 3. ex qua etiam erit explicanda. ¶ Ligni appellatio generalis est & vulgo nota. Sed ex usu dividitur in materiam & lignum in specie ita dictum. ¶ Hæc materia appellatio exprimitur illa ligna, ex quibus solet quid effici, vel ut Ulpianus loquitur, quæ ad ædificandum aut fulciendum necessaria sunt. Hæc ligna habent usum hunc cum aliis lignis communem, quod & ipsa comburendo sint apta: ¶ Sed usus specialior præstitit illis nomen etiam specialius, ut dicantur materia. Reliqua ligna sunt comburendi causa tantum, non ut inde quid efficiatur. ¶ Videmus in quibusdam investituris & hæc distingui hodie; in quibus quandoque vasallo distinctim concedi solet *frey Haw vnd Brennholz zu seines Hausses vnd Hoffes Nothdurfft.* Et quidem is, cui ligna legata sunt, arbores materia causa succitas non consequitur d. l. 55 in fin. pr. Ita is cui tantum das Brennholz verschrieben/ vel concessum, non poterit uti materia *Er kan sich des Hawholzes/ gehawen oder vngesellet/ nicht anmassen.* ¶ Insuper etiam non pro libitu cadere, sed instar boni patrisfamilias versari, atque imprimis ligna dejecta aut alias peritura colligere tenebitur, *Das er auch das Brennholz vom frischen Stamm zu hawen nicht befugt/ es sey denn/ daß kein Lagerholz vorhanden.* arg. l. arborib. 12. de usufr. ad de Knichen. 2. de rest. par. 2. n. q. et seqq. ¶ Ligna in specie ita dicta, aut simpliciter ligna dicuntur, aut alio etiam speciali nomine appellantur. Hæc et si comburendi causa sint, habent tamen & alium usum specialem, & inde nomina specialia, ut virgæ, carbones, nuclei olivarum. ¶ Lignis igitur simpliciter legatis, quæ alio nomine appellantur, non veniunt, d. l. ligni. 55 §. Otilius 1. non quod hæc ligna non sint, aut quod genus non contineat omnes suas species, sed quod in specie amplius sit, & species non totaliter, sed quatenus illi genus inest, à genere contineatur; eaq; propter nomen generis ad speciem, nihil præter generis qualitatem habentem, translatum, alias species amplius habentes, per se non exprimat. Cæd. hie n. 11. ¶ Inde lignis legatis, non debentur carbones, sed sunt nominatim legandi. Legatis autem carbonibus, an debetur materia? Puta materiam non quamcunque, sed ad Carbones conficiendo paratam? Et Jctus in hæc l. respondet, non contineri sc: quod forma quæ dat esse rei huic materiae adhuc desit, nec designatio

- sola carbones faciat, sed coctio. *Coctd. hic. n. 3. 4 & 5.* Ergo cum hæc materia ad speciem hanc Carbonem nondum pertingat, videri poterat, relinqui in genere, venireq; sublegato lignorum. † Verumtamen tertium Jcto placet, ut habeat propriam speciem; quia non habuit lignorum gratia, non habuit ad statim comburendum, sed ad coquendos carbones. Idem censet ratione eadem de aliis sequentibus exemplis quorum nomen describi sufficit. † Titiones sunt torres foco extracti, & ne fumum faciant, semiusti extincti. Ligna cocta sunt sole aut igne arefacta, amurcâ conspersa, itidem propter fumum vitandum. Sulphurata seu sulphureti sunt ligna tenuissima sulphure illicita ad ignem suscipiendum & candelas accendendas. Nuclei olivarum hic sunt ossa seu cortex olivarum; Balani hic sunt palmarum putamina. Strobili de pinu, sunt fructus seu nuces piceæ seu abietis. *Sichten oder Danöppfel* qui licet specialiter appellentur strobili, tamen cum non habeant usum specialem quam ad comburendum, ligni appellatione comprehenduntur, quemadmodum nec aliorum lignorum species & specialia nomina, si non & usum specialem præbent, efficiunt, quominus lignorum appellatione veniant. † Pali & Pericæ hic sunt species pedamentorum, & vineæ instrumenta *l. villa. 16. §. 1. de fund. instr. vel instr. leg.* Quæ cum sint ad sustinendas vites, seu adminicula vitium, materiæ, & non lignorum appellatione continentur. *l. 168. b. t.* nisi propter vetustatem in vineæ usu amplius esse nequeant *Alciat. ibi. n. 3.* † Quod extendendum ad quascunque materias, ut cum propter vetustatem ædificandi aut fulciendi usum amiserunt, nec nisi comburendo factæ idoneæ, etiam nomen materiæ cum re perdant, & loco lignorum censeantur.

Ad l. Non tantum, 169.

Non tantum in traditionibus, sed & in emptionibus & stipulationibus. & testamentis adjectio, hæc. uti optimus maximusq; est. hoc significat, ut liberum præstetur prædium, non ut etiam servitutes ei debeantur.

Ad l. heredis 170.

Heredis appellatione omnes significari successores credendum est, & si verbis non sunt expressi.

Ad

Adl. Pervenisse. 171.

*Pervenisse ad te recte dicitur, quod per te ad alium perve-
nerit; ut in hereditate à liberto per patronum filium familias pa-
tri eius adoptivo acquisita responsum est.*

Adl. Liberti. 172.

Liberti appellacione etiam libertam contineri placuit.

Lex 169. explicata in l. 90. Lex 170. in l. 65. Lex 171. in l. 71.

Lex 172. in l. 1.

Adl. Collegarum. 173.

*Collegarum appellacione his continentur, qui sunt eiusdem
potestatis.*

Ad §. 1.

*Qui extra continentia urbis est, abest: ceterum usq; ad con-
tinentia, non abesse videbitur.*

Principium facile est ex dictis ad l. Neratius 85. §. h. t. ¶ In §. 1. 1.
tractatur de absentia. Absentia vel ad res refertur, vel ad personas.
De rerum absentia dictum ad l. mulieris 13. §. 1. §. h. t. Personæ aut sim-
pliciter absunt, aut per relationem ad aliud ¶ Simpliciter abest, 2.
qui planè non est, qui amplius in rebus humanis non est arg. d. l.
mulieris 13. §. fin. §. h. t. Nam & mortui absunt, nec adesse amplius
possunt, quantum ad actus humanos gerendos. Alci: ad d. l. 13. n. 11. in
f. Cui consequens est, captum ab hostibus, cum captivitate servus
fiat. §. servi autem Inst. de iur. pers. Et servi pro nullis & mortuis sint
l. quod attinet. 32. de R. I. etiam hoc significatu rectè inter absentes
reputari. Sed taliter absentes specialius esse desuisse, aut in rerum
natura non esse dicuntur. §. at si quis rem 1. Inst. de inutil. stipulat. ¶ Cum 3.
respectu quodam absentes dicuntur variè, pro varietate rerum, quas
respicimus, seu pro diversitate materiæ subjectæ. Interdum is de-
mum absens est, qui non in eadem provincia est, ut in usucapioni-
bus. l. fin. C. de prescript. long. temp. Interdum qui extra continentia
urbis est, abest h. l. n. l. absentem 199. §. h. tit. veluti observatur in tuto-
ris absentis excusatione. §. qui autem. 16. Inst. de excus. tut. Is absens in-
telligitur: si non sit eo loci, in quo peritur d. l. 199. h. tit. id est, ut
Actus ipse explicat, intra continentia de quo dictum ad l. 2. §. h. tit.

4. † Hoc modo qui ab hostibus captus est, non videtur abesse: qui à latronibus detinetur videtur abesse quia hic modus absentia præsupponit personæ existentiā, qua captus ab hostibus destituitur, de-
 tentus à latronibus non item. Et quod capto ab hostibus detur resti-
 tutio in integrum, l. 1. §. 1. ex quibus causis major. non ex hoc capite de-
 fendendum, ac si verè hoc modo absens fuerit, sed quod juris post-
 liminii aut legis Cornelia fisione, & ex rationis identitate, imò
 quod major aequitas in illis militet, l. ab hostibus 15. eod. absentium
 loco habeantur, videtur etiam Gædd. ad l. 199. atque ita conjunctio
 & comparatio illorum cum aliis in d. l. 1. non per omnia, sed se-
 cundum quid sc. quantum ad effectum restitutionis est exaudienda.
5. † Interdum absens dicitur etiam qui est intra continentia urbis, si
 non sit in jure, aut domi, aut lariter. d. l. 199. l. Fulcinius. 7. §. illud,
 quibus ex causis in possessore: car. l. dies 4. §. Prætor. 5. de damn. infectis: Interdum
 etiam absens dicitur, qui in eadem domo est, quando scilicet audire
 vel videre rem gestam quocumque tantum modo impeditur §. item
6. verborum. 11. Inst. de invel. stipul. † Sed nec hoc interdum sufficit cor-
 pore præsentem esse, atque audire vel videre quæ gerantur, sed &
 animi præsentia requiritur, ut intelligat quid agatur l. coram Titio
 209. i. h. tit. l. si non speciali. 9. l. si unus 12. C. de testam. l. diem 27. §. coram
 §. de recept. arbit. et si non approbet: quia aliud est intelligere, a-
 liud approbare d. l. 209. h. t. quemadmodum si cum alicuius consi-
 lio facere quid iussus sim, si non addatur, ut etiam id sequar, pos-
 sum illud non sequi. Alciat: b. d. n. 12. Quin etiam si à solo animo
 non possit satis instructus esse, sed res indaginem & deliberatio-
 nem exigat, non videbitur perfectè præsens, qui evocatus aut ci-
 tatus non fuit, ad hoc ut statim respondere teneatur. Mynsing. 6.
 Ob. 6. n. 8. & seqq.

Ad l. Aliud est. 147.

*Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxam
 solutum. Qui enim dicit, furem non esse, de hominis proposito lo-
 quitur: qui furtis noxam solutum, nemini esse furti obligatum
 promittit.*

Furto

† Furtum noxavè solutum esse, est noxali iudicio non esse sub-
jectum, sive noxa commissa non sit, sive commissa emendata sit.
l. quid sit fugitivus. 17. §. quod aium. 17. de edil. edict. † Furtum privati 2.
delicti species est pri. inst. de obli. ex delicto. † Noxię appellatione 3.
omne delictum continetur l. plebs. 238. §. noxia. j. h. tit. † Delictum 4.
generale nomen est, æquè ad publica crimina, quàm ad privata de-
licta. l. perspicendum. 11. §. 2. de pœn. vide Decian. in tract. crim. p. 1. li. 1. c. 1.
¶ seqq. Et tamen hæc stipulatio, noxis solutum præstari, non
existimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitationem &
coërcitionem habent. l. hæc stipulatio. 200. j. h. t. † An ideo, quòd æ- 5.
diles noxam à capitalibus criminibus distinxerint, atque contra-
hentes stipulationem hanc ex ædilitio edicto tractam, secundum
illius edicti sensum, intellexisse credantur, maximè cum in illo e-
dicto seorsim de capitali fraude ædiles proponant. l. 1. §. 1. de edil.
edict. Cujac. hic Alciat. ad d. l. 200. n. 2. † An quod pœnæ ex publicis 6.
delictis pendendæ, non sint in privatorum patrimonio? ut vult
Cæd. ibid. n. 3. Sed in priori ratione remanet, cur ergo ædiles noxę
verbum generale, specialiter de delicto privato acceperint, & à
capitali fraude distinxerint? † In posteriori non video, quemad- 7.
modum in privatis delictis ex hac stipulatione, non ipsum factum,
noxæ scilicet solutum esse, sed potiùs id quod interest præstatur, aut
servus redhibetur; cur non etiam in publicis idem possit in con-
siderationem venire, non ratione eius cui debetur, sed ratione
eius à quo debetur, ipsius scilicet servi, qui propter crimen publi-
cum commissum minoris pretii est, atque ita emptoris interest,
etiam hæc noxæ servum solutum esse. Et si non obstante illa ra-
tione, expressè in stipulationem deduci potest, quòd capita-
lem fraudem non admiserit, cur non posset & tacitè seu sub no-
mine generis? Cum aliàs non expressa, non soleant nocere,
ubi expressa nocent. argum. l. actus. 77. de R. 1. † Quid si dicere- 8.
mus, verbum noxæ per verbum solutionis, restringi, ut alia no-
xa hic intelligi nequeat, nisi in quam verbum solutionis cadat.
Solutio præsupponit efficacem obligationem, ex qua dominus
servi invitus posset cogi & conveniri: privatio efficax, habi-
tum efficacem præsupponit, & ex privato eisdem delicto
obli-

obligatio & actio noxalis est, adversus servi dominum, ut vel afit-
mationem praestet, vel servum noxae dedat tot. tit. Inst. de noxal. act.
Ex publicis delictis non item in quibus dominus non est obliga-
tus, sed servus l. si servus. 4. in fin. C. de noxal. act. Et ipse servus civili-
ter obligari nequit l. in personam. 22. de R. I. Punitur tamen non quod
in criminibus civiliter obligetur, sed quod leges publicorum ju-
dicatorum, personas considerent naturaliter, & facinus etiam na-
turaliter, quatenus admissum est l. servos. 5. l. hos accusare. 12. §. si ser-
vus. 3. & seq. de accusat. Tractatus de obligationibus, & de modis ea-
rum dissolvendarum ad jus privatum pertinet, nec publica judicia
comprehendit §. sequens. 2. Inst. de oblig. j. pr. Inst. de publ. jud. Ergo qui
promittit mancipium noxis solutum, intelligit de illis noxis, quae
solvi possunt. Ex privatis delictis damnum pecuniarium est, quod
solvi potest. d. l. quid sit. 17. §. noxae. 18. in f. de edil. edict. Ex publicis
criminibus supplicium in vita, corpore aut honore, cui quandoq;
damnum pecuniarium adjicitur saltem in consequentiam. §. 1. Inst.
de publ. jud. quod non solvitur sed solvit, non consumitur sed con-
sumit l. pregnantis 3. & passim. de poen: Gravior causa eius est, qui pro-
mittit quem furem non esse. Non enim satis est, ut nemini de
furto obligatus sit, sed etiam carere debet affectione furandi. De
moribus insuper hic promittitur, non quod in promittentis pe-
tente sit praestare, ne servus animum furandi habeat, quod esset
impossibile: sed ut praestetur si servum furem esse constiterit, id
quod interest, eum furem non esse h. l. n. l. si in quis. 31. de edil. edict.
Cujac: hic.

Ad l. Faciendi 175.

Faciendi verbo, reddendi etiam causa continetur.


De faciendi significatione triplici annotatum in l. La-
beo. 19. in fine.


L. Solutionis 176.


*Solutionis verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam
placet. Solvere dicimus eum, qui fecit, quod facere promisit.*

Explicata est in l. liberationis 47. supr. h. tit.











AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihilo valide cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Ho IV. §. 4. p. m. 833.


8) In litteris cambii *non requiritur jam facta de excussio* jure Saxonico et aliorum locorum leg cambium et pactum obligationis ad carcerem c xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio* liberat a ca Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione causa debiti*. Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FRI de pecunia mutuatia tuto collocanda. Cap. III jus autor exquisitoria tradit, quam inscripti promittit.

§. CXVIII.

Obligatio ad *obstadium* etiam ab obligatione d rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem nei bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in fere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Q cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam ob gitur et quidem cum comminatione poenae *des Schu* tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Com dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt g auf fernar gegen ihn ernstlich verfabren werden soll.* obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis*, Ha re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhaus* bus *Spirensibus* an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3



77

us
ibi
sc.
ap.

um
em
Sa-

m.
ex
m.
ru-
ste

ce-
de-
offi-
lo-
un-
en-
sch
or-
er
ffe
ar-
ad
ne-
vi-
id.
Ex-